

- 5 Fecit igitur Noach secundum omnia, quae praeceperat ei Iehouah.
 6 Noach autem erat sexcentorum annorum, quando diluuium fuit aquarum super terram.
 7 Venit itaque Noach, & filij eius, & vxor eius, & vxores filiorum eius cum eo ad arcam, propter aquas diluuij.
 8 Ex iumento mundo, & ex iumento, quod mundum non erat, & ex volatilibus, & ex omni, quod repit super terram.
 9 Bina ingressa sunt cum Noach in arcam, masculus & foemina, quemadmodum praeceperat Deus Noach.

EXPLANATIO.

I. **D**IXIT ERGO IEHOVA. Tandem arca parata, omnique com-
 meatu satis instructa, necnon annis
 120. resipiscentiae sine fructu praeterla-
 psum, Deus ad executionem sententiae
 procedit: Prius vero ea curat, quae ad ser-
 uandum Noach cum seminario futuri
 mundi requirebantur: Posterius, quae ad
 iudicium impiorum minatus erat, exse-
 quitur. Ita quoties exemplum enorme
 Deus statuit in mundum, prima ei cura
 est de filiis suis, vt hos communi subdu-
 cat exitio. Sic Loth cum suis eduxit So-
 domis ante subuersionem. Sic Eccle-
 siam Hierosolymis Pellam migrare ius-
 sit ante obsidionem. Sic in extremo die
 per angelos colliget electos ex quatuor
 angulis mundi ante vniuersi conflagra-
 tionem. Ita & hic ingruente totius mū-
 di excidio, pacti initi cum Noach sese
 haud immemorem ostendit. Vir san-
 ctus proculdubio anxius inter spem &
 metum haerebat, tempus patientiae Dei
 iam abiisse obseruans, & quid sibi, quid
 mundo futurum esset, inter continua
 suspiria & gemitus in horas expectans.
 Adest Deus nouo oraculo & mandato,
 quo eum & consolatur, & quid facere
 oporteat, edocet. *Mandatum* est bimem-
 bre. 1. vt ingrediatur cum familia in
 arcam. 2. vt secum iumenta introdu-
 cat. Cui subiicit rationem à causa im-
 pellente: quia instet diluuium die se-
 ptimo. Prior pars mandati est: *Ingredere
 in arcam, tu & domus tua, &c.* quasi dicat:
 Abiit pœnitentiae terminus: Adest dilu-
 uij tempus, accinge te ocyus ad ingres-

A sum in arcam. Non est simplex manda-
 tum, sed mixtum consolatione, qua rur-
 sus de sua incolumitate Noach confir-
 matur, & omni anxietate liberatur. Ex
 ratione sequente intelligitur, hoc ora-
 culum ei datum septimo ante diluuium
 die. Ergo opus erat festinatione ad pa-
 randum receptum in arcam cum tot
 impedimentis.

QVONIAM TE VIDI IUSTVM
 C O R A M M E. Simili iustitiae & perfe-
 ctionis encomio supra cap. 6. vers. 8. 9.
 B Noah ornari audiuius: & qualis ea
 fuerit iustitia diximus. Interpres opti-
 mus est Apostolus Heb. 11. dicens, eum
 per fidem consecutum esse, vt iusti-
 tiae fidei haeres fieret. Iustitia fidei est
 gratuita imputatio fidei ad iustitiam si-
 ne operibus. Hac placuit Deo, & hac
 fuit eius perfectio. Non igitur operibus
 est iustificatus. Habuit quidem etiam
 iustitiam operum, sed inchoatam, qua
 tamen etiam dicitur perfectus, hoc est,
 integer absque hypocrisi. Huius integri-
 tatis laudem ei tribuit Deus, cum dicit:
 C *Ego vidi te iustum coram me:* Hypocritae vi-
 dentur iusti coram hominibus. Sed
 Deus *υποδοξωσεν* videt intus non esse,
 quales videntur foris. Commendatur
 igitur nobis synceritas, ne putemus,
 Deo fucum posse fieri ab hypocritis, aut
 pietatem nostram Deo curae non esse.
 Videt enim iustos tanquam filios, qui-
 bus benefaciat: Et videt hypocritas
 tanquam hostes, quos puniat. Psalm. 34.
 16. *Oculi Domini super iustos, & aures eius in
 preces eorum. Vultus autem Domini super fa-
 cientes*